

134
TAUTOLOGIA

TERTIA.

BENEDICAM TIBI, ET MAGNIFICABO

nomen tuum, erisque benedictus.

Genes. 12. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

OCCURRIT, & volupè, gratequè pater fidei nostræ Abrahami, pater patrum, vir genitus laudi, & natus gloriæ: Homo cali, & homo Dei: uti inquit Philo de Gigant. de quo iurè Ambrosius lib. 2. de illo cap. 2. Magnus planè vir, & multarum virtutum clarus insignibus; quem votis suis philosophia non potuit aquare. Grate, inquam, tanti Patriarchæ occurrit historia; quoniam Patriarchæ N. Benediciti micat lucidè umbra: etenim uti canit Marcus Monachus:

Phil: Ambros.

Marc.

S. Bened. omnium iustorum spiritu plenus.

Greg. Mag.

Iosue.

Abraham non fuit idolatra, Iudith.

Mar. Vig.

Genes. 12.

Idem.

Quicquid antiqui cecinerunt vates,
Quicquid æternæ monumenta legis,
Continet nobis celebranda summi
Vita Monarchæ.

Ipsè virtutum cumulis onustus,
Celsior nostri Patriarchæ cæcis
Iaac, Moysen, Abraham sub uno
Pectore clausit.

Quid mirum? Vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit: ait Gregorius Magnus lib. 2. Dialog. cap. 8. Quod quidem argumentum latè sequitur hic N. Benedictus Hæftenus in Comment. & Nos Didase. 12.

2 An Abraham fuerit idololatra sub lite est. Astruunt Genebrardus ex traditione Hebræorum, Philo lib. de Abrab. & Andreas Masius in Iosue cap. 24. v. 2. ubi: Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio; Thare pater Abraham & Nachor: seroieruntque dijs alienis. Verùm locus meliori sensui patet, & ex Iudith. cap. 5. 7. contrarium liquet: Hic primùm (dicitur) in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum: desidentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant; unum Deum cali coluerunt, qui præcepit eis, ut exirent inde. Videris Augustinum lib. 16. Civ. Dei cap. 13. Sanctium, & Alapide, in Iudith. loc. cit. & Pererium in Genes. disput. 17. à num. 256. Proin Marius Victor. lib. 3. Gen. v. 327.

Nam primò à limine vitæ
Verum mente Deum venerans, gentilla sacra
Aversatus erat: quem postquam morte parentis
Iussa sequi iam posse Dei sine fraude licebat,
His Dominus famulum monitis dignatus adire est, &c.

3 In Ur erat Chaldæorum, dum illi à Domino de oblivione omnium sermo fit: & ne forte desperaret, coaccebata præcepta præmia sequuntur & magna: igitur qui vocavit in perfectionem, ut sibi acquireret populum acceptabilem, bonorum operum sedato rem; dixit illi: Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Illu- stri elegantique periphrafi exposuit Victor ubi supr.

Toto te solum invenimus orbe
Quem sincera fides invocat, & reverentia nostri.
Linque procul sedes patrias, terrasque noxentes,
Pollutamque domum: cognatio tota profana est.
Et fugienda tibi. Terra melioris in agro
Me duce pervenies, ne sis pars gentis iniquæ,
Qui sanctæ caput esse potes. Tunc sacra dicabo.

Qua

Tautolog. Tertiae.

Quem maneant benedictæ tibi, nomenque per omnes
Magnificum reddam populos.

4 Huiusmodi formula apud Hebræos est magna promittentis, vel expectantis. Patet Genes. 22. 17. ubi Abraham, post intentam immolationem Isaac, dicitur: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Hebr. Chald. & Septuag. Benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo semen tuum. 1. Paralip. 4. 10. Si benedicens benedixeris mihi. Psalm. 131. 15. Viduam eius benedicens benedicam. Ita Hebr. 6. 14. & similiter alibi sæpe. Omnia igitur & affinia testimonia exponenda genuinè, præmissis acceptionibus Benedictionis.

Benedictio pro re magna.

5 Apud Priscos Christicolos, pro Eucharistia, seu Eucharistico pane Benedictio accipiebatur. 1. Cor. 10. 16. Calix benedictionis, uti hic observant Anselmus & Chrysostomus. Unde Cyrillus Alexandr. lib. 4. in Ioann. cap. 17. inquit: Si vitam æternam consequi volumus, ad recipiendam benedictionem libenter curramus. Et Tertulianus de Pudicitia, cap. 14. in propositum idem aluit: Quo diabolo projiciebatur, ut sacramento benedictionis exauctoraretur, nunquam in castra Ecclesie reversura. Ubi Pamelius num. 119. Sacramento benedictionis, nempe Eucharistia. Sic etiam alij PP. & DD.

Pro Eucharistia.

Cyrril. Tertul.

Pamel.

6 Sæpe Benedicere, pro Salutare, fausta, felicia, prospera precari, Valedicere, vel Laudare. Genes. 47. 10. Benedicite regi, egressus est foras. Iosue 22. 6. Benedixit eis. & dimisit. Rom. 12. 14. Benedicite persequentibus vos: idest, Salutate. Quo sensu S.P. Benedictus Regul. S. cap. 25. Neque à quoquam (inquit) benedicatur transeunt, & cap. 63. Ubicumque autem sibi obviant fratres, junior à priore (puta, seniore qui prior in Congregationem venit) benedictionem petat. Ita Ambrosius lib. 7. in Luc. cap. 10. Vox quippe usitata in salutationibus, ut patet. 1. Reg. 15. 13. Benedictus tu Domino: idest, Salve. Prosperè veneris: Idem Luc. 1. 28. 42. Sacerdos quippe (ait Petrus Damianus Opusc. 30. cap. 2.) super hominem verbis invocatur; sed ipse super eum Dominus benedictionem efficaciter format. Apud Ethnicos sæpe fiebat inter bibendum. Docet Athenæus lib. 2. cap. 1. Iovis præterea Servatoris nomen invocare constituit memoria gratiæ bibentium, quòd sic bibentes salutem sine dubio consequerentur. Apud Latinos autem moris fuit, inter pocula sibi benè precari solemni verbo benedicendi. Plautus in Stibico. Act. 5. Scen. 4. v. 26. & in Persa. Act. 5. Scen. 1. v. 20.

Pro bono homine.

S. Bened. Idem.

Pet. Da- mian.

Tibi tutè inde si sapis,

Ben nos, benè vos, benè te, benè me, benè nostram etiam Stephanium,
Bibe si bibis. Benè mihi, benè vobis, benè amica mea.
Benè omnibus nobis. Hoc mea manus tue poculum donat,
Ut amantem amanti decet. Cedo, accipe. Benè ei, &c.

Tibullus lib. 2. Eleg. 1. & Ovidius lib. 2. Fastor.

Sed benè Messalam sua quisque ad pocula dicat:
Nomen & absentis singula verba sonent.
Larga precaturi sumite vina manus.
Et bene nos, benè te, patria pater optime Caesar.
Dicite suffuso per sacra verba mero.

Describit morem Horatius lib. 1. od. 27. & lib. 3. od. 19. v. 10. Ordinem bibendi, & cyathorum numerum ex litteris nominum (unde ortum adagium Græco more bibere, vel Pergæari) Martialis lib. 1. Epigram. 72.

Nevia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Plura videris apud Iust. Lips. lib. 3. Læf. Antiq. Adrian. Turneb. Advers. lib. 16. c. 11. & in huiusmodi more Senecam Epist. 83. Horatium ubi supr. lib. 1. & Ioann. Sarisber. in Policrat. lib. 8. cap. 6. Nos aliqua dicemus Tautolog. 4. in Exposit. lit. maxime à num. 32.

Benedictio pro xenijs.

7 Etiam benedictio accipitur pro munulculis. 1. Reg. 30. 26. Accipite benedictionem de præda hostium. & 4. Reg. 5. 15. Observo, ut accipias benedictionem à servo tuo. Xeniola isthæc vocantur Eulogia à S. Benedicto ubi supr. cap. 54. Et etiam Benedictiones, quippe quàm benedicebatur, antequàm susciperentur. Consulè N. Benedict. Hæftenus Comment. in Regul. S. Benedicti lib. 4. Tract. 7. Disquisit. 4. n. 1. & plura testimonia sensui attestantia apud Ludov. de La-Zerd. in Advers. sacris, cap. 24. num. 7. cap. 66. num. 10. & cap. 118. num. 2. Hinc Gregorius Magnus lib. 2. Dialog. cap. 31. proferet: Vocatis fratribus, cum introrsus tolli, ut benedictionem acciperet, præcepit.

S. Bened.

Greg. Magn.

8 De his igitur Benedictionis acceptionibus sermo in præsentiarum non fit: qua propter ut scopo accedamus, propriores in medium statuemus: Benedictio in Sacra Pagi-

88

Benedictio pro fanctitate te, vel gratia faciente.

Haye.

Tertul.

Martyres olim vocabantur Benedicti.

Cyprian.

Pro benef. centia, & felicitate.

Pro facunditate.

Pro speciali favore. Bernard.

Pagnin.

Expofitio prima.

na pro fanctitate, & Benedictus pro homine grato Deo, accipitur: tuncque nomen substantivum est. Genef. 24. 31. Ingretere benedictio Domini ubi Haye in Arbor vit. sobdit: Quas dicit gratiosum Domino, & cui Deus fovet. Quo sensu Tob. 13. 15. Benedicti erunt, qui edificaverint se. Itai. 65. 23. Semen benedictorum Domini est. Matth. 25. 34. Venite benedicti Patris mei. Eccli. 24. 4. Inter benedictos benedictur. Nimirum, inter gratos gratior erit. Unde de Abraham dixit, ut vidimus supr. num. 3. Mar. Victor: Sacra, que manent benedictio tibi.

Pro prima acceptione sunt etiam plura testimonia. Marc. 14. 61. Tu es Christus filius Dei Benedicti idest, sanctissimi, vel per essentiam sancti. Haud aliter Luc. 1. 42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: Hoc est, Sanctissima, & Sanctissimus: quo titulo Nos Summum Pontificem nominamus: quod quidem fecit Tertullianus de Pudicitia, cap. 13. ubi infir: Bonus Pastor, & Benedictus Papa concionaris: de Prescriptionibus ad. Heretic. cap. 30. Sub episcopatu Eleutherij benedicti: idest, beatissimi (uti notant Quintinus, Rhenanus, & Pamelinus loc. cit.) Benedicti Patriarcha; de Exhort. ad Castit. cap. 6. Vide alia plura testimonia apud Benedict. Hæftenum Prologom. 16. in Vit. S. Benedicti. His ergo encomiis efferebantur, qui vel que destinata erant ad martyrium, ut patet ex ipso Tertull. ad Martyr. cap. 1. & 3. & de Cult. femini. cap. 4. 5. 9. & 13. Benedictus ergo dicuntur, que à Cypriano designatur Beate, in Epist. ad Martyr. Hinc Benedicti, pro laudandis, vel dignis laudibus, sicut de Abrahamo protulit Melchisedech: Genef. 14. 19. de Iabel, Angelus: Iudic. 5. 24. de Deo autem frequenter fit huiusmodi mentio laudis in Scriptura, maxime Psalmis.

Pro benef. centia, & felicitate. Pro facunditate. Pro speciali favore. Bernard. Pagnin. Expofitio prima.

9 Pro beneficentia, seu felicitate, aliquando accipitur in Sacr. pagina Benedictio: Proin Abrahæ dicitur Genef. 12. 3. In te benedictur universa cognationes terre: hoc est, per te & in te felices erunt. Liquec ibid. cap. 18. 18. Numeror. 23. 11. & testimonij num. præcedentis. Unde patet expofitio Deuterom. 11. 26. ubi: En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem. Q. d. felicitatem, vel infelicitatem: hanc, si proteritis iura; illam vero, si sequimini præcepta. Oritur hinc, quod cum fecunditas apud Hebræos summa conferretur felicitas; benedictionem accipi frequenter pro fecunditate. Psalm. 106. 38. Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non minoravit. Iosue 17. 14. Filij Ioseph dixerunt: Quare dedisti mihi possessionem sortis, & funiculi unius, cum sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? & Malach. 3. 10. pro fecunditate telluris dicitur: Si non aperueris vobis catarractas cæli, & effuderis vobis benedictionem. Quod quidem optime exprimitur Genef. 49. 25. ubi Iacob Ioseph benedicens, & valedicens alloquitur ita: Deus patris tui benedictio tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi lacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ. Sic opposito sensu maledictio: uti Genef. 3. 17. & 5. 20. Maledicta terra: idest, sterilis. Et Deuterom. 28. 18. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta bovm tuorum, & greges ovium tuarum: hoc est, omnia tibi sint sterilia, & infœcunda, ut tibi non sint.

10 Deinde, interdum sumitur pro speciali gratia, aut favore: 2. Reg. 6. 12. Nuncia tum est regi David, quod benedixisset Dominus Obedædon. Genef. 30. 27. Experimento didici, quia benedixeris mihi Deus propter te: nimirum, singulariter favorit. Eodem sensu ibid. cap. 39. 5. Benedixit Dominus domui Aegyptij propter Ioseph. Quo intelligitur illud Bernardi Serm. 3. de Annunt. Virgin. cui iure dicit: Consecuta est benedictionem (specialissimum scilicet privilegium) ut nec sterilis maneat, nec dolore parturias. Unde sicut maledictio accipitur pro exemplo seu imagine detestantis, ita benedictio pro forma summæ proponitur felicitatis. Sicut gratis maledictio in gentibus dicitur Iulij Israel Zachar. 1. 13. sic salvabo vos, & eritis benedictio. Quapropter sicut quod odit Dominus in maledictionem tradit, ut locutus est per Ieremiam cap. 26. 6. Urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ; pariter quod diligit in benedictionem ostendit: ideo Pagn. Rabb. Ionathas, Oleaster & Caietanus legunt: Benedicam tibi, etisque benedictio, ubi abstractum pro concreto, more Hebraico, ut præmissimus Prolog. Galat. 5. 4. num. 10. & 11.

11 Modò igitur ut clarior sit expofitio Tautologiæ, ad singula erit operæ pretium descendere. Benedicam tibi, dicit Dominus Abrahæ. Quia benedictio nomen generale est, intendendum est in sententiam præcedentem, vel subsequentem, in qua materia describitur benedictionis, ut constet sententiæ sensus: igitur præ ut signatur benedictionis argumentum, seu beneficium collatum, aut conferendum intelligitur. Sæpe monui Tom. 1. Tautolog. 1. in Expofit. Itgr. num. 4. Tautolog. 6. num. 37. & hic Tautolog. præc. num. 6.

particulas & Quæ & alias huiusmodi, non semper copulativæ esse; sed interdum rationales, seu expofitivæ. Unde plerumque fiunt per Exergasiam, seu expolitionem, quæ clariorem reddit sententiam, exprimens signanter materiam circa quam: qua regula, sine acclivitate exponuntur testimonia. Genef. 1. 22. & 28. dicitur: Benedixit eis dicens: Crescite, & multiplicamini. Q. d. Hæc est Domini benedictio, specierum multiplicatio. Psalm. 84. 2. Benedixisti Domine terram tuam. In quo subditur illic: quia avertisti captivitatem, ut unusquisque à Babylonia rediret ad propria. Psalm. 106. 38. Benedixit eis, & (nimirum) multiplicati sunt nimis. Constat etiam in ipsis Tautologijs ad præfixam spectantibus. Psalm. 123. 1. 5. Benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. Hoc est, clarebit mea benedictio, in eo quod minime esturiant, licet lava fors fecerit inopes, quoniam nullo modo quærent sollicitè panes. Ita Hebr. 6. 14. Benedicens benedicam, & (scilicet) multiplicans multiplicabo. 1. Paralip. 4. 10. Si benedicens benedixeris mihi, & (hoc est) dilataveris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Hic ut vides, perspicue exponitur materia benedictionis, & humanæ cupitæ felicitatis. Haud aliter dicitur Abrahæ: Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum. Ubi ly Et particula expofitiva est, ostendens in quo benedictio, nimirum, quod esset pater multarum gentium, dives, nomine gloriosus, beatus, Deo acceptus, felix, prosper, laudabilis; in quæ omnia anxie tendit humana cupiditas, ut per istiusmodi bona in homine micet quali quædam Deitas, uti canit Horatius lib. 1. Epist. 1. v. 106.

Ad summum sapiens uno minor est Iove, dices, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum. Aliter interpretari quimus huiusmodi testimonium per Hemiadym, qua figura una eademque sententia veluti dividitur in duas, de qua egimus Tom. 1. Tautolog. 6. num. 36. ut illud Virgilij Georgic. lib. 2. v. 192. & Lucani lib. 7. v. 531.

Hic laticis qualem pateris libamus & auro. Idest, aureis pateris. Chalybem francoque momordit: chalybeos, videlicet, frænos. Gnidiosque nodos, ut canit Aufonij Epist. 5. Idest, nodosos calamos, uti protulit Persius Satyr. 3. v. 11. Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo. In Scriptura videtur interdum huiusmodi schema. 1. Machab. 11. 58. Dedit eis potestatem bibendi in auro: hoc est, Vasis aureis. Colof. 2. 8. Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam. Idest, per fallaciam inanem philosophiæ. Sic plura. Proinde Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & c. idem erit, ac dicere, in magnificentia nominis, rebuque alijs, summa stabit benedictionis: haud quoniam duæ res sint nominis fama, & benedictionis forma; sed quia bona promissa erunt benedictionis materia.

13 Magnificabo nomen tuum. Nomen, idest, te; quippe in Biblijs Nomen, & Facies plerumque accipitur pro cuius facies, vel nomen. Psalm. 8. 2. Quam admirabile est nomen tuum! Idest, tu. Genef. 4. 16. Iste cepit invocare nomen Domini: hoc est, Dominum. Similiter Itai. 49. 1. Ezech. 20. 39. Cant. 1. 3. Apoc. 3. 4. & Act. 1. 15. ubi: Erat turba hominum & c. Græc. legit: Nominum. Usitatum est etiam apud Profanos. Nomen Romanum pro Romanis pafsim invenies apud Corn. Tacitum. Vide sis lib. 1. Annal. cap. 43. lib. 2. cap. 55. Histor. lib. 3. cap. 45. in Vit. Agricol. cap. 23. Consulendus est etiam Fridericus Taubmanus in Comment. Plauti Amphitruon. Act. 2. Scen. 2. ubi plura & selecta. Unde nomen magnificum Abrahæ, nihil aliud signat, quam Abraham gloriosum fore; quandoquidem nomen pro gloria & fama sæpe usurpatum, uti dicitur Davidi inter pastores quasi nomine carenti: Feel tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. 2. Reg. 7. 9. Quapropter hic non solum nomen bonum, sed gloriosum, ineluctum significati intenditur. Pertrita est nominis acceptio apud Ethnicos. Ovidius lib. 3. de Pont. Eleg. 2. canit: Nomen, bonosque, Triff. 3. Eleg. 4. Nomina magna. Epist. 21. Nomen in orbe, & lib. 10. Metam. Fabul. 7. Magnum, & memorabile nomen. Virgil. lib. 2. Aneid. v. 89. Nomenque, deus quo gestimus: puta nomen decorum. Propert. lib. 1. Eleg. 5. De nomine tanto. & lib. 3. Eleg. 1. Nomen maius. Tacitus de Morib. German. cap. 45. & de Orat. inquit: Hodie si nobis quid notitie, ac nominis est. Senec. de Tranquil. cap. 9. Nomen marmore, atque eboræ captanti. Quibus astipulator Boëtius lib. 1. Metr. 7. ubi invenies Nomen pro gloria, & Fama pro nomine, seu decore. Hinc quod sedum, sine nomine dicitur, sicut de Priamo succinuit Virgilius lib. 2. Aneid. v. 557.

Facet ingens litore truncus: Acusumque humeris caput, & sine nomine corpus. Tom. II. Tautol. 6. num. 37. & hic Tautolog. præc. num. 6.

Et pro idest.

Exergasia sæpe in Biblijs.

Horat.

Secunda eorum postio.

Virgil.

Aufonij Perli.

Hemiadys interdum in Scrip.

Nomen pro persona cuius est nomen.

Tacit.

Taubmanij.

Pro fama gloria & decore.

Ovid.

Virgil.

Propert.

Senec.

Boet.

Virgil.

Pro.

res Methathien (Haye Netbatim) & Gbederath, V. 21, pro In domo iuramenti : idem vertic, In domo Asebah. Ibid. cap. 2. 55. pro Canentes, atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinaï, qui venerunt de Calve patris Domus Reebab. Pagnin. legit : Thirbatim, Scatim & Suebatim, qui venerunt de Chamatb. Tigar. Qui venerunt de Hamath.

20 His patet via in plurium auctoritatum intelligentiam, Psalm. 75. 3. Factus est in pace locus eius &c. Idem, in Salem, quod Pax: q. d. Factus est in Salem locus eius, & in Sion habitatio eius. Cant. 6. 3. Pulebra es amica mea, suavis est decora sicut Ierusalem. Per ly Suavis intelligenda est Thirsa vel Thersa, quæ regia Ephraim (quousque Amri edificavit Samariam, ut patet 3. Reg. 16. 24.) sonatque Saavis : significatum feliciter pro Urbe. Quam ob rem sensus elogij Sponsi ad amasiam (quod versatur in comparatione binarum urbium, regiarum Israël, & Iuda) erit perspicuus: nempe, Pulebra es amica mea, ut Thersa & decora, sicut Ierusalem.

21 Dilucidatur eiusmodi testimoniorum, & aliorum expositio, ex eo quod alibi multæ tories invenitur pro proprio nomine significatio nominis. March. 2. 18. dicitur: Vox in Rama audit a est : & Ierem. 31. 15. Vox in excelso audita est : quippequam Rama excellens tonar. 2. Reg. 5. 20. Venit ergo David in Baal pharasin: Ilaï. 28. 21. In monte divisionum: quoniam Baal pharasin significat vallem segregationis, seu idolorum, aut virorum divisionem. Ita enim intelligitur Genes. 26. 20. Nomen patet vocavit Calumniam: Pagnin. Hefeb, quod Calumnia. V. 21. Appellavit cum Inimicitias: Pagnin. Sibaab, vel Satam. Iudic. 15. 9. Nomen loci illius, Fons invocantis de maxilla. Ar. Montan. Heu haccore Afer habebat. Et Prov. 30. 1. Verba Congregantis, filij womentim: Hebr. Verba Agur, filij Lake. Satisficiant igitur testimonia, pro utili proposito in alia, argumento leviter tacto. Quod decorum cantavit Propertius lib. 2. Eleg. 19.

Diversa interpretatio.

Pagnin. Ar. Mont.

Propert.

Varij ritus nominati imponendi.

Chrysof.

Mar. Sicul.

Senec.

In communis nominis, convectant falsa communia, Genes.

Exposit. 1.

Premissio felicitatis Abrabæ ab Isaiâ.

Indicium ergo traductionis vide apud Delrium in Actas Act. 5. v. 923.

22 Inter Hebræos diversis benedictionibus bona imprecabantur pueris ante & post circumcissionem, quippe tunc nomen Deo dabant. Vide Novarium in Virg. Umbr. cap. 44. Alios ritus videris apud Pinedam in Iob. 1. 5. n. 23. Ioann. Ferdinand. in Thebasur. Script. verb. Benedicere. Gretserum lib. 1. cap. 1. de Benedic. & M. Antonium Martiliæ Columnam Hyarog. sect. 2. cap. 1. Etiam fiebat olim apud Chirificolas. Audi Chrysof. stonm, in cap. 4. Epist. 1. ad Cor. Nomen sancti alicuius imponitur, cereos complures accendebant, suum cuique nomen assignantes: eius demum qui ceteris extinguitis, superovererat, quasi longioris ævi arripientes, puero imponebant. In Hispania quoque ritus huiusmodi observabatur, ut accidit pro filio Iacobo, Petro Aragoniæ regi: igitur cereus cui nomen Apostoli Iacobi maioris inerat, cæteris tui superfluis. Retert itaque Marin. Siculus de Rebus Hisp. lib. 10. cap. 13. De Hibernis (sed cum nominibus cognatorum, vel affinium iam fato functorum) idem astruit Novariinus ubi supr. Excurs. 127. num. 1413. & cap. 44. num. 1414.

23 Nomen ergo, quod notamen habentis, impellit in gesta communicantis, ut quisquis habuerit, gloriatur factis, vel illum pudeat inditi nominis. Proin Senec. Epist. 11. ait: Elige cuius tibi placuit & vita & oratio, & ipsius animum ante te ferens & cultus, illum tibi semper ostende vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam aliquo ad quem mores nostris se ipsi exigant: ut nomen sortitum, quod per alium (à quo bonum omen) magnificum invenitur, communicatum per communes virtutes amplifietur. Hinc claritas nominis, & inclytum nomen transiens à claritate in claritate, & decorans vel memoria numerosam progeniem. Quapropter nomen Abrahæ in benedictionibus Hebræorum semper adhibuitum; ut pateret per cunctos & cuncta magnificatum. Genes. 28. 4. Quid mirum, dum quasi duntaxat illius esset Deus, passim in Scriptura plaudatur Deus Abraham?

24 Erisque benedictus. Quid hoc, si benedixit? Quia iuravit Dominus veritatem, & non frustrabitur eam. Absolutè decretum datum: efficax est enim verbum Dei, quia quæ processerunt de labijs eius, haud fuerunt irrita; igitur promissa non fuerunt conditionata, sicut liquet de regno Sauli à Domino gratis collato, in quem 1. Reg. 13. dicitur: Quo si non fecisses, iam nunc preparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum. At de hoc late Tom. 6. Tautolog. 2. ad illud Ierem. 31. 18. Convertite me, & convertar. Patent ergo etiam merita futura Abrahæ, & perseverantia in vocatione, ut certa feret per opera bona, & remunerata merita; quandoquidem receptam gratiarum, & conferendorum beneficiorum nec indignus erat, nec futurus indignus. Quo circa Benedicam tibi, erisque

erisque benedictus: idem est, ac Non tantum diceris benedictus, sed eris: etenim mihi gratus, & ego de te præclare meritis, in quo summa benedictionis, apex felicitatis, Multæ & crebræ apud homines benedictiones sunt, verum non felices qui sæpe benedicuntur; siquidem Et iniquus benedicitur. Psalm. 9. divis. v. 3. Ideo dicitur per Malach. 2. 2. Maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis. Verum hoc in Didascalijis.

25 Aliter idiotisimus exponi potest per Epitaphin, seu exaggerationem: ita ut iteratio sententia infirmitatem, seu confirmationem promissorum astruat, uti diximus in Prolog. Gateat. §. 4. late. Handquaquam deaurata titulo felicitas tibi, sed vera. Extrema gaudij non occupavit lætus, sicuti in prosperitate temporali usuvent, quandoque sicut fœnum velociter arefcit; sed erit secura felicitas, nova, solida, & diuturna in vita & post vitam, in re, & in femine tuocutis & videaris à me benedictus, idest, reapsè benedictus, siquidem verba mea facta sunt, & benedicere est benefacere. Ideo Pagnin. pro Eris benedictus legit: Et esto benedictio. Quod quidem confirmant Chald. & Septuag. Certè multiplicabo semen tuam &c. Hinc patet, quod illa repetitio loco Adverbij apponatur, uti observavi loc. cit. num. 4. quandoquidem Chald. vertit Certè pro iterato verbo Benedico: quo patet ad alia testimonia Tautologica, & ad varietates lectionum: etenim Arab. Benedicam tibi benedictione. Hebr. Benedicens benedicam. Malvend. Tibi benedicam, & erit Abram in benedictiones.

26 Deinde, & aptius. Benedictio accipienda est pro ubertate, & abundantia. 2. Cor. 9. 6. Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus (hoc est, largè) de benedictionibus (idest, copiose, abundanter) metet. Ita intelliguntur in Scriptura benedictiones eæli, fructus Solis, Lunæ, pinguedo terræ, quasi cumulus fructuum, & omne genus felicitatum, igitur huiusmodi vocibus signatur opatorum abundantia, atque possessorum copia. P. Damian. Opusc. 30. cap. 2. Benedictio (ait) aliquando multitudinem, aliquando significat ubertatem. Idem asserit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pedagog. ubi Genitiam. Hervert. Significat benedictio boni additionem seu multiplicationem. Ita duabus sententijs exprimitur unicum intencum cum hic, cum Hebr. 6. 14. Benedicere benedictione, & multiplicare multitudinem: q. d. secura multiplicatio, in qua sita benedictio, ut supra diximus num. 11. Quod indicavit Maluenda legens: In benedictiones multas. Et Genebrardus in Psalm. 131. 15. Copiosis, magnisque beneficijs.

27 Ceterò. Benedicam tibi, erisque benedictus, continuationem potest designare gratiarum. Q. d. Benedictus tu, non solum modo, sed nonnumquam benedictus: ita ut ex collatis beneficijs alia beneficia; atque gratiarum copiam continuo sequatur gratia, quasi prima, qua te vocavi, seminarium appareat benedictionum, & gratiarum germinantium. Non sterilia coruscabant beneficia, sed tamquam è radice rami, & alij atque alij ex his procedunt, haud aliter semen tuum vinea à me plantata extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad Euphratem propagines eius. Prosper vocaberis & à filijs & ab exteris, igitur universis nomen tuum notescet, ut ad illos perveniat benedictio à me tibi collata, & ab eis desiderata. Quam ob rem Iacobo Isaac, ut vidimus, dixit: Det tibi (Dominus) benedictiones Abrahæ. Et ipse Iacob Genes. 48. 16. super Ephraim & Manassen: Invoctur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac. Ex quibus locis liquet, quod ly Eris benedictus idem astruit, ac Eris in benedictionem; ut ab hominibus optentur merita tua, opera & præclara gesta, quibus digni fiant, ut sicut tu, benedicantur à me.

28 Ni alijs cogitare velis cum D. Paulo huiusmodi benedictiones; ut Pater esset Abraham Fidei nostræ, per Isaac & alios in quibus illius vere vocatum fuit nomen. Quapropter illi dicitur Genes. 17. 5. Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituit te. Hebr. Et eris in patrem multitudinis gentium. Caietanus hic infr: Ad insinuandum, quòd huiusmodi paternitas foret magis spiritualis, quàm carnalis. Fuit enim carnalis in principio, & in medio, sed in consummatione fuit, & est spiritualis. Generatio siquidem Isaac & deinceps usque ad Messiam, carnalis fuit: generatio autem per fidem Messia, qua multitudo gentium filia est Abrahæ, est spiritualis. Ex ipsa verbi proprietate roboratur propositum: siquidem v. 4. illum alloquitur Deus dicens: Eris pater multarum gentium, modoque v. 5. Patrem multarum gentium constituit te. Perpende Constitui, quasi non ex natura patet, sed ex gratia & dono Dei. Accinuit ingeniosè & eleganter Marius Victor ubi supr. v. 342. & 608.

Per quem benedictio susa Spargetur tribus cunctis, evocoe renato,

Benedictio nei male dicit. Psalm. Malach.

Exposit. 2.

Germinatio pro certitudine.

Exposit. 3.

Germinatio pro adverbio.

Exposit. 4.

Benedictio pro abundantia. P. Damian. Clement. Alex.

Maluenda Genebr.

Exposit. 5.

Benedictio pro felicitatis continuatione. Exposit. 6.

Et felicitate optabilis.

Exposit. 7.

Hebr. Caiet. Pro beatitudine.

M. Vid.

